Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

meracensis Episcopus, Diepoldus Patauiensis Episcopus, Leupoldus Dux Austriæ, Berchtoldus Marchio Istriæ, Berchtoldus de Meran. Comes Berchtoldus et frater ejus Henricus de Berge, Comes Albertus de Ebersteyn, Comes Theodericus de Wasserburg -- Datum apud Nirnberg Anno Domini M.C.LXXXIII. Indictione I. III. Idus Martii. Eodem anno in charta Alberti Frisingensis Episcopi apud Meichelbeckium Hist. Frisi. t. I. p. 1, inter testes sunt Dietricus Comes de Wazerburc, Chunradus Comes de Mittefel, Comes Ekkebertus de Tekendorf, Berchtoldus Marchio de Andechse.

[Item in charta Ottonis Episcopi Bambergensis apud Hundium Mol. f. II

14) Ill. Coronius in Tentam. Chron. Com. Gorit. ad an. 1184. Henricus Comes Tyrolis, a Patriarcha Gotefrido traditum accepit dimidium telonii in Clamann (seu Clemona) idque confirmat Fridericus I. Imperator. „ Datum Vincentiæ XVI Kal. Decembris.„ Et in Tent. Geneal. f. 100: In charta conventionis inter Godefridum Aquileja Patriarcham, et Henricum Comitem de Tyrolis, testis occurrit: „Bertholdus Marchio de Andechs. Datum Vincentia XIV (an XVI?) Calend. Decembris 1184.„ In Tabulario Gracensi Aulico vidit Perillustris Rosenthalius autographum. Idem Henricus dicitur 14) Anno eodem apud Zibockium in tabulis Tridentinis. In nomine Domini. Dum Henricus Comes de Tyrolo, et venerabilem Dominum Albertum Episcopum tridentinum, quatenus eum in colle uno quod est in monte super villam Selli castrum edificare permitteret, et ipse dominus Albertus negaret hoc penitus, dicens Friderium Imp. conveniendum esse; Imperator desuper consuluit Ottonem Comitem Palatinum. Testes Henricus, Odolricus Comites de Riano et Tiselburgkhoners l. III, l. 2, c. 37, castrum loc a Comite nihilominus constructum, dictumque est de Malicon filii.

15) Meichelbeckius Hist. Frisi. t. I, p. 1, ex l. 4 Traditionum Frisingensium: ~~Arnoldus Scriptor Salisb. t. I in Ego Frisingensis~~ Natus est Otto Patre Dietpoldo Bergensi in Suevia Comite, Matre vero Gisela Diessensi Comitissa. Dietpoldo nati fuere filii sex: e quibus -- Dietpoldus -- dux et Patauiensem: Henricus Herbipolensem, Manegoldus itidem Patauiensem: Otto Frisingensem Cathedram consendere jussus est. Hanszitius Germ. Sl. I in Dietboldo: Ortus e Suevia nobilissimo Comitum Bergensium genere: patre Diepoldo: matre Gisela Bertholdi Comitis ab Andechs filia, et Bertholdi Marchionis Istriæ sorore. Theobaldi fratres -- Otto Episcopus Frisingensis etc.

16) Zibockius in Aquila purp. e tabulis Wilthinensibus: Anno 1210 (in numero error indubius est: factum id enim certo inter annos 1182 et 1188) Dominus Bertoldus illustris Marchio Istriæ, et filius ejus Bertoldus Dux Meraniæ et Istriæ Marchio, hujus quoque filii Ekebertus, Otho et Henricus donarunt Monasterio Wilthinensi bona etc. „ Testes sunt Ludovicus Dux Bavariæ, Hazzelo Comes Palatinus, Comes Ekkehardus de Dornberg, Comes Otto de Volaia, comes Conradus de moseburg, comes Calhoch Khirchberk, Comes Sifridus de Liben -- Conradus de Horebach, Sifridus Chor